



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

2. Leuis percussio, & cur ita censeatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

Sess 23 c.15 de reform. tamen eâ obtentâ accipiunt iurisdictionem à Papa principaliter, & immediatè à fîis Prælatis cum exponuntur pro Confessionibus audiendis, aut Parochiâ curandâ.

II. Leuis percussio Clerici vel Religiosi utriusque sexus etiam Nouitii.

*Cap 17. Peruenit l 5 Decret tit. 39
de sent excom.*

*Nau cit n 112. & seq Tan. d. 6 q.
10 dub 4 n 64 cum aliis.*

Leuem intellige comparatiuè, ut nec adeò enormis, nec coniunctum cum insigni iniuria, vel scandalo sit. v g. percussio proprii Abbatis, aut Episcopi, neque cum notabili detimento, vt si membrum abscinderetur, graue vulnus infligeretur, aut aliquod membrum inutile ad munus suum redderetur, effunderetur in notabili quantitate, & grauitate læsionis prouoca-

uocatus sanguis (secus de illo, qui
leuiter percussus multum è nar-
ibus cruenté eiicit) aut quācumq;
aliam grauitate contumeliosam
percussionem, quæ constitutat
peccatum mortale. *Vide cit tit. Cap.*
Illorum referens enormitatis istos casus
& lannem XXII in Bulla. Perlectis
litteris Qui inter leuem & enormē
percussionem tale discriminem po-
suit, ut enormis censetur quæ sit
cum præfatis iniuriis; leuis, quæ
fit palmâ, pugno, ligno, pede aut
lapide, siue relicto vestigio, aut
multa capillorum, barbae, capitis
vel dentis euulsione. Et cum casus
huius Canonis sit potius Facti quā
Iuris, relinquitur determinatio le-
uitatis, aut grauitatis potissimum
viri prudentis arbitrio: Nec nudè
sola percussio, sed qualitas, mo-
dus, locus, persona percussa, in
percussione sunt consideranda, v.
g. an facta sit in theatro, publico,
coram

coram Rege, Episcopo, Prælato,
in Ecclesia coram multis; an per-
cussus sit Magister, Iudex, Magi-
stratus, Abbas, Episcopus propri-
us, vel in alia dignitate aut perso-
natu constitutus. *Vide Sayr. optimè
differentem c. 23. à n. 1. usq; ad 15. scort.*

Epit 24.

Percussores Abbatum præter
Canonicas pœnas aliâs valdè gra-
ues tam spirituales, quam corpo-
rales in Ordine Præmonstratensi
subire debent, *iuxta statuta Dist.
3. c. 10.*

III. Reseruatio casuum, quam
ipse sibi absoluendam referuat E-
piscopus per statuta Synodalia
[A] cui adiicitur, quæ incurritur
propter communicationē in crimi-
ne cū eo, qui fuit excommunicatus
ab Episcopo, indubiu enim est [B]
participantem auxilio, consilio,
fauore (dummodo consiliū influ-
at reapse) cū excommunicato in
cri-